

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Beatus Augustinus: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

ITEM IN NATAL VNI  
US APOSTOLI.

IN SCII EYA S IC IOHAN.

In illo temp: Dixit ihs discipu  
lis suis: Haec mando uobis  
ut diligatis inuicem. Et ret.

OMNIBUS BEATI AUGUSTINI  
DE HAD LECTIO NE

AEC MANDO

uobis ut diligatis inuicem. Ac per hoc in  
tellegere debemus.  
hunc esse fructum

nostrum de quo ait. Ego uos  
elegi & extis. & fructum ad  
feratis & fructus uester mane  
at. Et quod adiunxit. ut  
quodcumque petieritis patrem  
in nomine meo. d& uobis.

Tunc utique dabit nobis. si dili  
gamus inuicem. Cum & hoc  
ipsum ipse dederit nobis. qui  
nos elegit non habentes fruc  
tum. quia non eum nos elegera  
mus. Et posuit nos ut fruc  
tum adferamus. hoc est inuicem  
diligamus. Quem fructum si  
ne illo adferre non possumus.  
sicut palmites facere sine uite  
nihil possunt. Caritas ergo  
est fructus noster. quam de  
finit apostolus de corde puro  
& conscientia bona & fide non  
ficta. Hac diligamus inuicem.

haec diligimus dm. **Q**uia  
uera dilectione diligeremus  
inuicem. nisi diligenter dm.

Diligit enim unus quisq; proxi  
mum tamquam se ipsum. dili  
git dm. Nam si dm non diligit.  
nec ipsum non diligit. In his au  
tem caritatis duobus praeceptis.  
totalis lex pend& & prophetae.

Hic est fructus noster. De fruc  
tu itaque nobis mandans. haec  
mando inquit uobis ut diligatis  
inuicem. Adiecit atque ait.

Si mundus uos odit. scitote quia  
me priorem uobis odio habuit.

Cur ergo se membrum supra uer  
ticem extollit. Securuset in  
corpore. si non uis odium mundi  
sustinere cum capite.

Si de mundo inquit essetis. mun  
dus quod suum erat diliger&.

Vniuersae hoc utique dicit eccle  
siae. quam plerumque & iam  
ipsam mundi nomine appellat.  
sicut illud est. Oserat in xpo  
mundum reconcilians sibi.

Totus ergo mundus ecclesia. & to  
tus mundus odit ecclesiam.

Mundus igitur odit mundum. ini  
micus reconciliatum. damnatur  
saluatum. inquinatum mundatum.

Denique cum dixisset. si de mundo  
fissetis mundus quod suum erat  
diliger&. continuo subiecit.

quia

Recusat ee

Quia uero de mundo non estis. sed  
ego elegi uos de mundo. propter ea  
odit uos mundus. Ergo & ipsi in  
de erant. Unde ut non essent. elec  
tisunt inde. non meritis suis. quo  
rum nulla bona praecesserant.  
opera. non natura. quae tota fue  
rat per liberum arbitrium in ip  
sa radice uitiosa. sed gratuita  
hoc est uera gratia. Qui enim  
de mundo mundum elegit. fecit  
quod deligeret. non inuenit.

Memento te inquit sermonis mei  
quem ego dixi uobis. non est ser  
uus maior domino suo. Sime  
persecuti sunt. & uos persequentur.  
Si sermonem meum seruauerunt.  
& uestrum seruabunt.

Dicendo autem non est seruus maior  
domino suo. nonne euidenter  
ostendit quem admodum intelle  
gere debeamus. quod superius  
dixerat. iam non dico uos seruos.  
Ecce enim seruos <sup>est</sup> dicit. nam  
quid est aliud. non est seruus ma  
ior domino suo. Sime persecuti  
sunt. & uos persequentur.

Manifestum est igitur illum seruum  
qui non manet in domo in aeternum.  
illum pertinentem ad timorem  
quem foras caritas mittit. esse in  
tellegendum. ubi dictum est. iam non  
dico uos seruos. Hic autem ubi  
dicitur. non est seruus maior do

minosuo. sime persecuti sunt. & uos  
persequentur. illum significari ser  
uum. pertinentem ad timorem castum.  
qui per manet in saeculum saeculi.

Hic enim seruus est auditurus. euge  
bone serue. intra in gaudium domi  
nitui. Sed haec omnia inquit fa  
ciunt uobis propter nomen meum  
quia nesciunt eum qui misit me.

Quae omnia facient. nisi quae dixit.  
Odio habebunt scilicet. & sequentur.  
sermonemque contemnant.

Quo si sermonem non seruauerint. **I**  
nec tamen odissent eos. neque per  
sequerentur. uel & iam si odissent.  
nec tamen persequerentur. non om  
nia facerent. Haec autem  
omnia facient uobis inquit prop  
ter nomen meum. quid est aliud  
dicere. quam me in uobis odio ha  
bebunt. me in uobis persequentur.  
& sermonem ur̄m. quia meus est  
ideo non seruabunt. Haec enim  
omnia facient uobis propter no  
men meum. <sup>non</sup> uestrum. sed meum.

Quomodo ergo erit uerum. haec om  
nia facient uobis propter nomen  
meum. cum illi non propter nomen  
xpi faciant. id est propter iustitiam.  
sed propter iniquitatem suam.  
Haec quaestio ita soluitur. si eo mo  
do intellegamus dictum. haec om  
nia facient uobis propter nomen  
meum. ut totum referatur ad iustos.

Tantum dictum sit. haec omnia pa-  
 tiemini ab eis propter nomen me-  
 um. ut hoc sit facient uobis. quod  
 est pati emini ab eis. Item quaeri  
 potest si etiam mali faciunt perse-  
 cutionem malis. sicut impii reges  
 & iudices cum essent persecutores  
 piorum. utique & homicidas. & ad-  
 ulteros. & quoscumque maleficos.  
 quos contra leges publicas fecisse  
 cognoscerent. puniebant. quomodo  
 intellegendum est quod ait dñs.  
 si de mundo essetis. mundus quod su-  
 um erat diligeret. Neque enim  
 quos punit diligit mundus. a quo ui-  
 demus supra dicta scelerum genera  
 plerumque puniri. Nisi quia mun-  
 dus est in eis a quibus talia scelera pu-  
 niuntur. mundus & in eis a quibus  
 talia scelera diliguntur.

Mundus itaque ille qui intellogitur  
 immalis atque impius. & odit quod  
 suum est. ex ea parte hominum qua  
 sceleratis nocet. & diligit quod suum  
 est ex parte hominum qua eisdem  
 ipsis consceleratis fauet. Ergo  
 haec omnia facient uobis propter  
 nomen meum. uel ita dictum est prop-  
 ter quod uos patimini. uel ita prop-  
 ter quod ipsi faciunt. Quia hoc  
 in uobis dum persequuntur oderunt.  
 Et addit. quia nesciunt eum qui me-  
 misit. Hoc secundum eam scienti-  
 am dictum intellegendum est. de

qua & alibi scriptum est. Scire au-  
 tem te. sensus est consummatus.  
 Hac quippe scientia. qui sciunt pa-  
 trem a quo missus est xps. nullo  
 modo persequuntur eos quos colligit  
 xps. quia & ipsi cum eis colliguntur  
 a xpo. Simon uenissim & locutus  
 eis fuissim. peccatum non haberent.  
 Iudaeos ostendit expressius. debis  
 enim dicit. Simon uenissim & locu-  
 tus fuissim eis. peccatum non habe-  
 rent. Oequibus dicebat.  
 Sime persequitisunt. & uos persequen-  
 tur. Si sermonem meum seruauere-  
 runt. & uerbum seruabunt.  
 Sed haec omnia facient uobis prop-  
 ter nomen meum. quia nesciunt  
 eum qui misit me. His enim uer-  
 bis & ista subiungit. Simon uenis-  
 sim & locutus fuissim eis. pecca-  
 tum non haberent. Iudaei ergo  
 persequitisunt xpm. quod euidentis-  
 sime indicat euangelium.  
 Iudaeis locutus est xps. non alius gen-  
 tibus. Iudaeos ergo uoluit intellegi  
 mundum. qui odit xpm & discipu-  
 los eius. immo uero non in solis. sed  
 hos quoque ad eundem mundum per-  
 tinere monstrauit. Quid est ergo  
 si non uenissim peccatum non haberent.  
 numquid sine peccato erant iudei.  
 ante quam xps ad eos in carne ue-  
 nisset. quis hoc uel stultissimus dixerit.  
 Sed magnum quoddam peccatum

non omne peccatum quasi subgene-  
rali nomine uult intellegi: hoc est  
enim peccatum . quo tenentur cunc-  
ta peccata . Quod unus quisque  
si non habeat . dimittantur ei cuncta  
peccata . Hoc est autem quod non  
crediderunt in xpm . qui propter ea  
uenit ut credatur in eum .

Hoc peccatum si non uenisset . non  
utique haberent . Aduentus  
quippe eius quantum credentibus  
salutaris . tantum non credentibus  
scitabilis factus est . Sed adiunxit  
atque ait . nunc autem excusatio-  
nem non habent de peccato suo : po-  
test mouere quaerentes . utrum hi  
ad quos non uenit xps . nec locutus  
est eis . habeant excusationem de pec-  
cato suo . Si enim non habent cur  
id dictum est propter ea istos non  
habere quia uenit & locutus est eis .  
si habent autem . utrum ad hoc habe-  
ant ut poenis alienentur . an ut mi-  
tius puniantur . Ad haec inqui-  
sita pro meo captu dno . donante  
respondeo . Habere illos excusati-  
onem non de omni peccato suo . sed  
hoc peccato quod in xpm non credi-  
derunt . ad quos non uenit & qui-  
bus non est locutus . Sed non in  
eos sunt numero ad quos in discipu-  
lis uenit . & quibus per discipulos est  
locutus . Quod & nunc facit .  
Nam per ecclesiam suam uenit ad

gentes . & per ecclesiam suam loqui-  
tur gentibus . Ad hoc enim per-  
tinet quod ait . qui uos recipit .  
me recipit . & qui uos spernit . me  
spernit . Qui me odit . & patrem  
meum odit . Qui superius dixerat  
haec facient uobis . quia nesciunt  
eum qui misit me . Non itaque  
dissimulanda nascitur quaestio .  
quomodo possint odisse quem ne-  
sciunt . Si enim dm non quod est  
ipse . sed nescio quid aliud eum sus-  
picantur . aut credunt . & hoc ode-  
runt . utique non ipsum oderunt .  
sed quod sua mendaci suspitione  
uel uana credulitate concipiunt .  
Si autem quod est . hoc de illo sentiunt .  
quomodo eum nescire dicuntur .  
Et de hominibus quidem fieri potest .  
ut eos saepe quos numquam uidi-  
mus diligamus . Ac per hoc nec  
illud contrario impossibile est . ut eos  
quos numquam uidimus oderimus .  
Fama quippe de aliquo sermocinan-  
te seu bene seu male fit . non in me-  
rito . ut amemus uel oderimus ig-  
notum . Sed si fama sit uerax .  
quomodo est de quo uera dicimus  
dicendus ignotus . An quia eius  
faciem non uidimus . quam cum & ip-  
se non uideat . nulli tamen potest  
notitior esse quam sibi .  
Non igitur in eius facie corporali nobis  
intimatur cuiusque noticia . sed

tunc nobis ad cognitionem patet . quando eius mores & uita non latet . 7 Alioquin nec se ipsum nosse quisquam potest . qui uidere faciem suam non potest . 7 Sed utique tanto certius quam notus est alius ipse se nouit . quanto certius interiore conspectu potest uidere quod sapit . uidere quod cupit . uidere quod uiuit . 7 Proinde sicut fieri potest . ut homo bonus hominem bonum oderit nesciens . uel potius diligit nesciens . Ipsum enim diligit cum bonum diligit . quia id quod est ille . hoc iste diligit . Oderit autem nesciens . non ipsum . sed quod putat esse ipsum . Ita fieri potest . ut & iam homo iniustus . hominem oderit iustum . & tamen dum eum credit iniustum . diligit non ipsum . sed quod putat esse ipsum . 7 Quem admodum autem hominem sic & dñm . Denique si interrogarentur iudaei utrum diligerent dñm . quid se aliud quam diligere responderent . nec ex animo mentientes . sed errando potius opinantes . 7 Quomodo enim diligerent patrem ueritatis . qui haberent odio ueritatem . 7 Nolunt enim sua facta damnari .

et hoc habet ueritas . ut talia facta damnentur . 7

Tantum igitur oderunt ueritatem . quantum oderunt suas poenas . quas talibus inrogat ueritas . 7 Nesciunt autem illam esse ueritatem . qua tales quales ipsi sunt . damnat . 7

Oderunt ergo quam nesciunt . & cum illam oderunt . profecto & eum de quo nata est . nisi odisse non possunt . 7 Ac per hoc quia ueritatem qua iudicante damnantur de patre donatum nesciunt . utique etiam ipsum & nesciunt & oderunt . 7

Si opera non fecissem in eis . quae nemo alius fecit . peccatum non haberent . 7 Peccatum illud scilicet & magnum de quo & superius ait . 7

Si non uenissem & locutus eis fuisset . peccatum non haberent . 7

Hoc est peccatum . quo in eum loquentem & operantem non crediderunt . 7

Sed quid est quodcum dixisset . si opera non fecissem in eis . mox addit . quae nemo alius fecit . 7

Nulla quippe in operibus xpi uidentur esse maiora quam suscitatio mortuorum . 7 Quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas . 7

Fecit enim helias . fecit heliseus . & cum in hac carne uiueret . & cum in suo monumento sepultus

iaceret . Nam quidam postan  
 tes mortuum cum inuentibus  
 hostibus eo refugissent . eum que  
 ibi posuissent . continuo resurrexit .  
**F**ecit tamen aliqua xps quae ne  
 mo alius fecit . Quod quinq  
 milia hominum . de quinque  
 & quattuor milia . de septem pa  
 nibus paut . Quod super a  
 quas ambulauit . & petro ut hoc  
 faceret praestitit . Quod a  
 quam mutauit in uinum . quod  
 aperuit oculos cecinati . & alia  
 multa quae commemorare lon  
 gum est . Sed respondetur no  
 bis . & alios fecisse quae ipse non  
 fecit . & quae nemo alius fecit .  
**Q**uis enim nisi moyses aegyptios  
 plagis tot tantisque percussit . di  
 uiso mari populum duxit . & man  
 na de caelo esurientibus impetra  
 uit . aquam de petra sitientibus  
 fudit . Quis nisi ihu naue popu  
 lo transiit iordanis fluentia di  
 uisit . & currentem solem emis  
 sam ad dnm orationem frenauit .  
**Q**uis praeter samson propter suam  
 sitim maxilla mostui asini exun  
 dante satiatus est . quis praeter  
 heliam curru igneo in alta sub  
 uectus est . Quis praeter heli  
 seum quod paulo ante commemo  
 rari sepulto suo cadauere . alte  
 rius sed reddidit uitae .

**Q**uis praeter danielem inter ora in  
 clusorum secum leonum esurien  
 tium . uixit innocuus . Quis pre  
 ter tres uiros . Ananiam . Azariam  
 Misabelem . inflammis ardentib.  
 & non urentibus deambulauit in  
 lesus . Praeter eo cetera . quo  
 haec satis esse arbitror . quibus de  
 monstretur . & alios scos quaedam  
 opera miranda fecisse quae nemo  
 alius fecit . Sed quia multa  
 uitia & malas ualeitudines uersa  
 tionesque mortalium tanta po  
 testate sanaret . nullus omnino  
 legitur antiquorum . Ut enim  
 taceantur quod uiuendo sicut oc  
 currebant saluos singulos fecit .  
 marcus euangelista quodam loco ait .  
**V**espera autem facta cum occidisset  
 sol . adferebant ad eum omnes male  
 habentes . & daemonia habentes .  
 & erat omnis ciuitas congregata ad  
 ianuam . & curauit multos qui uexa  
 bantur uariis languoribus . & dae  
 monia multa eiciebat .  
**I**da autem cum commemorasset ma  
 theus etiam testimonium prophe  
 ticum addidit dicens . Ut adim  
 pleretur quod dictum est per eti  
 am prophetam dicentem .  
**I**pse infirmitates nostras accepit . &  
 egrotationes portauit . Item alio  
 loco dicit marcus . Et quocumq  
 introiebat in uicos uel in uillas

aut in ciuitates. in plateis pone-  
bant infirmos. & deprecabantur  
eum ut uel fimbriam uestimenti  
eius tangerent. Et quotquot  
tangebant eum. salui fiunt.

Haec nemo alius fecit in eis.  
Sic enim est intellegendum quod  
ait in eis. non inter eos uel coram  
eis. sed prorsus in eis quia sanauit  
eos. Haec quippe intellegi uo-  
luit quae non solum facerent  
admirationem. uerum etiam ma-  
nifestam conferrent salutem.

Pro quibus beneficis utique amorem  
non odium retribuere debuerunt.

Omnia quippe ceterorum miracula  
superat quod est natus ex uirgine.  
matrisque integritatem solus potuit  
nec conceptus uiolare nec natus.

Sed hoc nec coram eis factum est nec  
in eis. Ad cognoscendam quippe  
huius miraculi ueritatem. non  
communi cum eis aspectu. sed dis-  
creto ab eis discipulatu. apostoli  
peruenerunt. Iam uero illud  
quod die tertio in carne. in qua  
occisus fuerat de sepulchro se red-  
didit uiuum. & numquam deinde  
moriturus cum illa ascendit in  
caelum. superat & iam cuncta quae  
fecit. Sed neque hoc factum est  
in iudaeis neque coram eis.

Et dum non hoc fecerat. quando dice-  
bat. si opera non fecissem in eis quae

nemo alius fecit. nimirum ergo  
illasunt quae in eorum ualitudinibus.  
tanta miracula salutis ostendit.  
quae uita illis antea nemo donauit.

Haec enim uiderunt & hoc eis expro-  
bans adiungit & dicit. Nunc  
autem & uiderunt & oderunt.  
& me & patrem meum.

Sed ut impleatur sermo qui in lege  
eorum scriptum est. quia odium  
habuerunt gratis. Eorum legem  
dicit. non ab ipsis inuentam. sed  
ipsis datam. sicut dicimus. Panem  
nr̄m cotidianum. quem tamen  
ad op̄ petimus addendo. Da nobis.

Gratis autem odit qui nullum exo-  
dio commodum quaerit. uel in com-  
modum fugit. Sic oderunt d̄m  
impii. sic diligunt iusti. hoc est  
gratis. ut alia praeter illum non  
expectent bona quae ipse erit in  
omnibus omnia. Quisquis uero  
altius actenderit xpm̄ dicentem.  
si opera non fecissem in eis. quae nemo  
alius fecit. inueniet ipsum fecisse.  
si quando quispiam d̄i homo tale  
aliquid fecit. Potest quippe ipse  
cuncta per se ipsum. nemo autem  
potest aliquid sine ipso. Xps̄ namque  
cum patre & spu sc̄o non sunt tres  
di. sed unus d̄s. de quo scriptum est.

Benedictus d̄ns d̄s israhel. qui facit  
mirabilia solus. Nemo ergo alius  
fecit quaecumque in eis opera fecit.

Handwritten marginalia in red and black ink, including a large '9' and other symbols.



quo quisquis alius homo . aliquid  
eorum fecit . ipso faciente fecit .  
Haec autem ipse . non illis facientibus . fecit .

## IN TVNVS S<sup>ER</sup>DOTIS

LIC S<sup>CI</sup> EVA S<sup>IC</sup> MATHIUM .

**I**n illo temp<sup>ore</sup> . Dixit ih<sup>esu</sup>s discipulis suis  
parabolam hanc . Homo quidam  
peregre proficiscens uocauit ser-  
uos suos & tradidit illis bona  
sua . Et reliqua .

**L** **OMNIBUS BEATI GREGORII**  
**PAPAE DE HADIM ICTIONE .**  
**ECTIO . S<sup>CI</sup> EUANGELII**  
fratres km<sup>i</sup> . sollicite considerare  
nos . mon<sup>et</sup> . nenos qui plus ceteris  
in hoc mundo accepisse ali-  
quid cernimur . ab aucto-  
re mundi grauius inde iudicemur .  
Cum enim augetur dona . rationes  
& iam crescunt donorum .  
Tanto ergo esse humilior atque ad  
seruiendum promptior quisque de-  
bet ex munere . quanto se obligatio-  
nem esse conspiciat in reddenda ra-  
tione . . . Ecce homo qui peregre  
proficiscitur seruos suos uocat eisq<sup>ue</sup>  
ad negotium talenta partitur .  
Post multum uero temporis postu-  
rus rationem reuertitur . bene  
operanter pro adportato lucro  
remunerat . seruum uero ab uno  
opere torpentem damnat .  
Quis itaque iste homo est qui pere-

gre proficiscitur . nisi redemptor nos-  
ter . qui in ea carne quam adsump-  
serat abiit in caelum . . . Carnis  
& iam locus proprius e terra est .  
Quae quasi ad peregrina ductur . dum  
per redemptorem nr<sup>um</sup> in caelo  
collocatur . . . Sed homo iste peregre  
proficiscens . seruis bona sua tradidit .  
quia fidelibus suis sp<sup>irit</sup>alia dona  
concessit . . . Et tunc quidem quinq<sup>ue</sup>  
talenta . Alii uero duo . Alii uero com-  
misit unum . . . Quinque & enim sunt  
corporis sensus . . . Videlicet . uisus .  
auditus . gustus . odoratus . & tactus .  
Quinq<sup>ue</sup> igitur talentis . donum quinq<sup>ue</sup>  
sensuum . id est exterior<sup>um</sup> in scientia  
exprimitur . . . Quobus uero intellec-  
tus . & operatio designatur . . .  
Unius autem talenti nomine . intel-  
lectus tantum modo designatur .  
Sed is qui quinque talenta accepe-  
rat . alia quinque lucratus est . . .  
Qui sunt nonnulli . qui & si interna  
ac m<sup>yst</sup>ica penetrare nesciunt .  
pro intentione tamen superne pa-  
triae . docent recta quos possunt  
de ipsis exterioribus . quae acceperunt .  
Dumque se acarnis peculantia .  
a terrenarum rerum ambitu . atq<sup>ue</sup>  
uisibilium uoluptate custodiunt .  
ab his & iam alios ammonendo con-  
pescunt . . . Et sunt nonnulli . qui  
quasi duobus talentis ditati . intel-  
lectum atque operationem percipi